

ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑ

QVO

*Academiae Francofurtanae*

RECTOR

M. GEORGIUS

NEANDER

Græcæ linguæ Professor Publicus

*ad*

ANGELORUM CUSTODIAM CURA

tius fovendam

&

*Animi gratitudinem erga Pacis angelos*

*declarandam*

tempore admonitus

Reipub. literariæ cives

humaniter instigat.

ANNO CHRISTI

*omnium Angelorum Principis*

M D CXXI.

---

TYPIS

HARTMANNIANIS

1621

Faint, mirrored text from the reverse side of the page, including the words "SARNO MAGNODIUM CURAS" and "LITURGICAL".

V  
Flo  
Ha  
No  
Qu  
Pe  
eA  
De  
A  
Si  
T  
A  
Co  
O  
L  
C  
A  
Q



Vix cortina poli, stellarum floribus apta,  
Servari alituum plebe sine corpore coepit,  
Cum volvens nubem sub pectore Lucifer heros,  
Flos rerum, sidus pubis caeleste Quiritum,  
Hac secum: Mene incepto desistere Divum?  
Non posse aetherei me summa tenere meatus?  
Quippe vetor frustra. MICHAELNE DEI orbis ha-  
Perpetuo nixus solio, quit flectere solus? (benas,  
Adjuga non facilis, caelesti in glorius aula  
Degam? Prætere nostrum quis numen adoret,  
Aut meritum supplex aris imponat honorem,  
Si regnum patiar? Non sic mea fata premuntur,  
Totius ut nequeam mihi jus promittere mundi.  
Abjectos animos timor arguit. Æthera miles  
Compleat. Utendum mihi viribus. Arma paranti  
Omnia dat, qui iusta negaverit. Alea jacta est.  
Talibus invidia stimulis excanduit atrox  
Lucifer & clangor mox increpat. ere recurvo,  
Conclamat temerè scelerum collegia, cali  
Actutum Geniis undare est cernere limen,  
Queis rabida regni patefecit voce furorem:  
Cur nos indecores, juvenes ad maxima nati,

Desi-

Deficimus? Semper monui & dum vita monebo,  
Jussa capeffentis non jussa capeffere fas est.  
Quid nostras deceat vires age discite tandem.  
Sunt virides ausis animi, laudumq; furores,  
Telaq; sunt nobis, longè & telandus in hostem  
Arcus, & haud ulli tegmen penetrabile ferro,  
Est lorica trilix auro, confertaq; nodis,  
Cum MICHAELE armis, nos turba ut libera simus,  
Cernamus, paulum durantes civica bella.  
Nam magni semper merces est magna laboris.

Dixerat, & vulgi studia in contraria motus  
Scinduntur: Iova pars sanctè jura verentur:  
Ingeminant bona pars bellum: bellū acrius omnes,  
Queis amor est regni dulcis, blandumq; potestas,  
Ingeminant, subito subeuntes jussa Megæra:  
Nam mora damnafa est. Alii vibrantibus implent  
Coryton telis, gladii haud vagina quiescit,  
Hi ferrum scelerant aconitis, spicula succis  
Infamant alii: cunctum simul agmen habendo  
Ensemq; clypeumq; & vincula cassidis aptat.  
Concurrunt tandem, pestes glomerantur in unum  
Innumera, legio vitiorum animosa, triformi

Mole

Mole Chimæra, hydri stridentes, Scylla, ter amplius  
Geryones, Briareus, & robor a Centaurorum,  
Quodq; usquam mōstri est Gemuit sub pondere calū.

Lucifer ut vidit, blanda ut mens gaudia cepit,  
Ei bene, quod tales virtutem animosq; venitis  
Infit, non tanto cessandum cardine rerum:

Nunc nunc tempus adest: quod non provideris an-  
Valdius id lædit, Solo terrore jacebit (tè,

Hostis quem petimus: telumq; immane lacerto  
Conclamat librans: Ades òmibi dextera tantum,  
Tu mihi dextra Deus, superum contemtor adoro  
Te solam, tu Semidei da sternere vires;

Et dictis comitem telum contorquet in æthram.  
Signa agitant lati Belial, Leviathan, Abaddon,  
Astrorum verò populi jam gaudia magna  
Testantur voces, calumq; ululatus adimplet.

Iova videns animo fixum immotumq; sedere  
Luciferi, solio pariter considerare mundi, (narcham  
Aut cum ferre duos nequeat regnum, esse Mo-  
Commotus graviter, breverisit, & ora resolvens,  
Degener ò populus, dixit, vitæ atq; salutis  
Prodige celestis, quid agis? quis te sacer error

Abstu-

Mole

Abstulit? heu vide sis divina ut squalet imago?  
Tunc tuum speras impune laceffere Patrem?  
Matura FILII, & crescentē extinguerē flammam  
Adgredere. In subito subita esto medela tumultu,  
Sic ait: & dicto citius cinctus in armis  
Cum sociis MICHAEL fulget. Iam praelia poscunt,  
Iamq; ruunt, mediumq; vident decrescere campum.  
Concurrunt falces, fundunt simul undiq; saxa  
Crebra nivis ritu, stant ferrea nubila caelo,  
Telaplunt, volucres imitantur fulmina glandes.  
Lucifer ut levibus cecidisse volatibus arma,  
Iactibus & vacuis hastilia cassa jacere,  
Cernit, mentis inops, infelix, Vincimur, inquit,  
Vincimur heu! segnes. Nequicquam dextera refert  
Vim solitam, suetos linquit vis magna nocendi.  
Nec jam qui faciunt, qui durant vulnera, desunt:  
Atq; animā vertit perniciosior alite tergum,  
Turpiter & miles abicit sua spicula victus.  
Hoc habet, exclamat multa inter milia victor,  
Causa mali prostrata jacet, semperq; jacebit.  
Solvite procinctum socii, pax reddita caelo:  
Extemploq; illis ceu niceteria, ferta  
Semper-pulchra dedit, quae non deperdere possunt.  
Sic ea gens caeli, gens labi nescia, cantat

Ante



Ante ortum Iovam, Iovam ortu, nocte q̄ Iovam,  
Statq; piis accincta, nec est epimonia poscens.  
Luciferum vero iussit cunctosq; triumphos  
Esse poli viduos aeternum: Et carula summi,  
Cum ferrugineo sonitu divulsa repente,  
Dissilvere poli, praecipitq; in turbine calo  
Cum innumeris cecidit carcer truce carcere dignus  
Lucifer, & paulum respirat destina cali  
Et tibi cen Atlas. Tandem celavit aenis  
Intabulis acies ultrocitroq; volantes  
Artificum manus, & cali suspensa tropaea  
Postibus auratis; parti monumenta triumphi,  
Et nobis geminum documentum mortalibus essent:  
Contra Noctiferum, patria qui sedere pulsus  
Perdius & pernox terras urbesq; pererrat,  
Quas superus cali collustrat lumine fornix,  
Inferus & cali collustrat lumine fornix,  
Nil desperandum Christo duce, & auspice Christo:  
Post scelerum populum, mentemq; quod inquinat au-  
Sanguine vipereo vitandū cautius, imbrem (sum,  
Flammantem fraudum nimbos si arcere velimus.  
Qua sacramentum Musisq; Deoq; dedistis  
Mentes, effuso calis vos credite passu,  
Noscentes Superos, picturā pascite mentem,  
Exem-

Exemplis vosmet melioribus addere cauti  
Hinc addiscite. Nam Domino contendere cæli  
Est inmane nefas, Nutrix Discordia litis,  
Virtutum virus malefada Superbia, Livor  
Exitium dirum, levis & malè cuncta ministrans  
Impetus, Iratumens, Luxus dissuasor honesti,  
Vesana audacis lingua convicia, Christi  
Mistaq; cum veris commenta prementia Verbum,  
Sint procul à nobis, propè quos sit alumnus Olympi.  
Pœniteat voluisse malum: si pœnitet, error  
Haut nocet, at Geniis hæc sunt nova gaudia cælo.  
Vtq; nova mentis jam constet tessera, dono  
Pascamus Mysten, pacis namq; Angelus ipse est.  
Gradivus nunc grassatur formidine belli  
Totà, agit inq; feras cades homicida Nerones,  
Hesperias gentes, Syrium, Latiumq; Tyrannum,  
Tugregis Angelici Moderator, sancte MICHAEL  
Aspice inimbelles vindicta tela duellis  
Torquet victus oves, has undiq; & undiq; truncat,  
Atq; in tela caput torquentis tela retorque,  
Vt pereat cum face Draco, tu iterumq; triumphes,  
Ferro innodatus plangat, tuà turba triumphet.

P. F.

n  
-  
,  
,  
-  
t  
-  
-  
-  
-  
-  
a  
i  
a-  
i-  
-  
-  
nt  
-  
-  
-  
a  
n  
-  
-  
-  
e  
as  
ac  
-  
e-  
r-  
i-  
in  
m  
e-



VI 216

5. + 24. Juli 2:00

23 = z.

39 = t.




TA. → 22


vd 18

VD 17

04. 2007 Bd. 1







ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑ

Quo  
*Academiae Francofurtanae*

RECTOR

M. GEORGIUS

NEANDER

Græcæ linguæ Professor Publicus

ad

ANGELORUM CUSTODIAM CURA

tius fovendam

&

*Animi gratitudinem erga Pacis angelos  
declarandam*

tempore admonitus

Reipub. literariæ cives

humaniter instigat.

ANNO CHRISTI

*omnium Angelorum Principis*

M D CXXI.

TYPIS

HARTMANNIANIS

57  
1621

